

Oenanthinum in Cypro, deinde in Aegypto præpositum, postea Adramyttio. Amaracinū in Coō: postea eodem loco prælatus est Melinum. Cyprinum in Cypro, deinde in Aegypto, ubi Mēdesium & metopium subito gratius factum est. Mox hæc abstulit Phœnice, & cyprini laudem Aegypto reliquit. Panatbenai con suum Athene perseuerāter obtinere. Fuerat & Pardalium in Tarso, cuius etiā compositio & mixtura oblitterata est. Narcissinum quoq; ex flore narcissi desijt componi. Ratio faciendi duplex, succus & corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odorum. Hæc stymmata vocant; illa hedy smata. Tertius inter hæc est colos, multis neglectus. Huius causa adduntur cinnabari & anchusa. Sal aspersus olei naturā coerces. Quibus anchusa adiecta est, sal non additur. Resina aut gummi adijciuntur ad continendū odorem in corpore. Celerrime is euanescit atq; defluit, si non sit hæc addita. Vnguētorum expeditissimum fuit, primumq; vt verisimile est è bryo & balanino oleo, de quibus supra diximus. Increuit deinde Mendesium, balanino resina mixta, magisq; etiā mium metopio. Oleum hoc est, amygdalis amarissimum in Aegypto. Cui addidit omphacium, cardamomum, iuncū, calamum: mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinam. Et è vilissimis quidem hodie est, ob id creditum & id in vetustissimis esse, quod constat oleo myrteo, calamo, cupressio, cypero, lētisco, malo granati cortice. Sed diuulgata maxime vnguenta crediderim rosa, quæ plurima vbiq; gignitur. Itaque simplicissima rhodini mixtura diu fuit, additis omphacio flore rosa, crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, salis flore aut anchusa, vino: Similis ratio & in crocino, additis cinnabari, anchusa, vino: Similis & in samsucino, admixtis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, ubi plurima samsucus. Miscentur & viliora genera olei è myrto, lauro, quibus additur samsucinū, liliū, fenū græcū, myrrha, castia, nardum, iuncus, cinnamomum. E malis quoq; cotoneis & struthis fit oleum (vt dicemus) melinum, quod in vnguenta trāsīt, admixtis omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, iunco, castia, abrotano. Susinum tenuissimum omnium est. Constat ex lilijs, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. Et idem cyprinum ex cypero, et omphacio, et cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui & in Cyprinum addunt myrrham & panacem. Hoc optimum Sidone, mox Aegypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fenogreco, melle, melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menādri poetæ comici ætate. Postea multo successit propter gloriam appellatū megalinū, ex oleo balanino, balsamo, calamo, iunco, xylobalsamo, castia, resina. Huius proprietates, vt ventiletur in coquendo donec desinat olere. Rursus refrigeratū, odorem suū capit. Singuli quoq; succi nobilia vnguēta faciūt. In pri

mis malobathrum, postea iris Illyrica, & Cyzicena amaracus: Herbarij in vtraq; pauca, sed alia alij miscent: Qui plurima, alterutri mel, salis florem, omphacium, agni folia, panacem, externa omnia & prodigiosa. Cinnamomino adijcitur balaninum oleū, xylobalsamum, calamus, iuncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum. Vnguētorum hoc crassissimum. Pretia ei à xxxv. ad x. ccc. Nardinum siue foliatum constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conueniet meminisse herbarum, quæ nardum Indicum imitarētur, species nouem à nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quæ maxime nares feriunt: crassiora myrrha suauioraq; medicinae autem vtiliora croco, acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Quidam satis habent aspergere quæ sunt præciosissima, ceteris decoctis, impendio parcentes: sed nō eadem est vis, nisi vna decoctis. Myrrha & per se vnguētum facit sine oleo, stacte duntaxat, alioquin nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride fit. Susino vnguinosum, Mendesium nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. Hæc sunt antiquæ inuentionis genera, & postea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus ipse deliciarū & summa autoritas rei.

Quod vnguētum regale vocetur, & quæ diaspasmata, & qualiter feruentur. CAP. II.

REGALE vnguētum appellatur, quoniā Parthorum regibus ita tēperatur, constat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo, comaro, cardamomo, nardisfica, maro, myrrha, castia, styrace, ladanino, opobalsamo, calamo, iuncoque syrio, ænanthe, malobathro, seri chato, cypero, aspalatho, panace, croco, cypro, amaraco, colato melle, vino. Nihilque eius rei causa in Italia vitrice omnium, in Europa vero tota præter irin illyricam & nardum gallicum gignitur. Nam vinum, & rosa, & myrti folia oleumq; communia fere omnium terrarum intelliguntur. Siccis odoribus constant, quæ diaspasmata vocantur. Nam fecē vnguenti magma appellat. Inter omnes potētissimus odor, quisquis nouissime additur. Vnguenta optime seruantur in alabastris, odores in oleo: quod diuturnitati eorum tanto vtilius est, quanto pinguius, vt ex amygdalis. Et ipsa vnguēta vetustate meliora. Sol inimicus his, quāobrem in vmbra coquantur plumbeis vasis. Experimentum eorum inuersa manu capitur, ne carnosæ partis calor vitiet.

Quanta in vnguentis luxuria, & quando primum Romanis in vsu. CAP. III.

HÆC est materia luxus è cūctis maxime superuacui. Margaritæ enim gemmæq; ad hæredētamen transeunt, vestes prorogāt tempus: vnguenta illico expirat, ac suis moriuntur horis. Summa comendatio eorum, vt trāsente femina odor inuitet etiam aliud agentes. Exceduntq; quadragenos denarios libræ. Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odor

rem